

Eidem

S. P. Te tantopere occupatum esse in facienda Medi-  
cina, etsi id operosum est, tamen quoniam lucrosam  
quoy, est, valde gaudeo, abjice igitur curam cogi-  
tationem alio commigrandi et mane in Patria, quae  
te indies ornabit et augetur amplius. Durum est pere-  
grinum esse et novas sedes quaerere, atq; animos pa-  
rare, ac multa perpeti indigna atq; aspera. Sed de  
his et scripsimus et loquuti sumus satis antea superq;  
Simeonis progressum in literis perlibenter intellexi,  
et Deum precatus sum, ut hanc felicitatem augeat.

Wenceslaum simul ac cognovi, quae ad generum tuum scri-  
psisti, paternae monui, ne pateretur se tali patre et jam  
etiam fratre indignam haberi. Nisi magna diligentia  
praeteritis temporis jacturam compenset, fundamentaq;  
Grammaticae et Logicae bona faciat, quod Neostadii vel  
nusquam alibi faciet, quantum equidem ex eorum ser-  
monibus, qui illinc veniunt, judicare possum, vereor, ut  
ad magnam frugem perveniat. Quiribus meo, quod me  
proxime scripsisse puto, intra hos duos menses in viam se  
dabit, revertatq; a suis Neostadium. Sub illud idem tempus  
gener tuus isthuc veniet, ac fortasse utrumq; hinc ad te  
abducat. Huic filio tuum adjunges, rectissime  
facies, erunt forte alii quoy, interea. Literas ipsis dabo.  
Sed tuae majoris ponderis erunt, si communiter ad omnes  
illos collegii praefectos ac consiliarios scripseris. Sanctium,  
Ursinum, Tossanum, et si qui sunt alii. De quo te Quiri-  
ny docebit uberius, cum tecum erit. Metoposcopia nolim  
conjugi cum nobili illo opere, tum quod satis justus liber  
sit, si omnia conjungantur, quae annotata misisti, tum  
quod argumentum discrepat. Sed tamen si typographus  
adungere volet, augetur lectorum voluptatem varietas,  
mihi nihil dum rescribitur Basilea. Spero tamen typo-  
graphos non gravatim impressuros, praesertim cum no-  
vum istum comotam mira magnitudinis videbunt, qui  
pene quadrantem coeli carda sua occupare dicitur.  
Observa obsecro, quam potes diligentissime, ut liber tuus

Quid sibi volunt tot tam parvo intervallo comete nostrae  
aetate? Vale. Socinum D. Banonem tuum saluta; mea  
abiit ad fratrem et sororem in Poloniam. 19 May 1582.  
Vidi hodie Cometam aut quicquid illud est hora xi. p. m.  
intra duas stellas per lineam rectam sumeri Erichtonij  
ad minus lucidam propius erat, ita obscurus erat, ut notari  
vix posset.

Eidem

46)  
S. P. Audivimus et deploramus etiamnum publicam illam  
calamitatem, quam vix effugiet hoc quoque civitas; priva-  
tum tuam casum, etiam propter eos, qui supersunt, qui mi-  
meriti chari esse debent, vel propterea quod tui sint, me-  
quo equidem dolore prosequor, neque aliud in his et attingit  
solatium majus est, quam si ad supremam illam et primam  
causam cogitationes nostras referamus; cui nec possumus  
nec verò debemus abluere. Mihi quoque erepta est ex mi-  
sero hoc nostro ergastulo, filiola, quam in canis vidisti.  
Hoc quadriennio quatuor meis liberis oculos ipse clausit,  
quod extremum officium ab illis miserabilis senex expecta-  
bam. De seius visum est ei, qui vita et necis auctor est,  
atque utramque nobis inconsultis et dare potest, quam ei pla-  
uitum est et adimere. Ut te isthinc commoveas cum te-  
nellis tuis liberis et chara uxore, valde probo. Non quia  
te putem manus Dei ullo loco effugere posse, si decretum  
est hac ratione te evocare, sed quod mœdra, qui respicit  
ipsum Deum tentare videatur, capis nobis non ante nota  
est voluntas, quam ex eventu perspiciatur. Vienna aliquando  
valde obnoxia solet esse huic lai, mirum si hoc tempore  
immunis est; mallem te in vicinia alicubi exitum rei exspe-  
ctare. De tuo filio ut primum reversus fuerit gener tuus,  
qui mandato camera abest alicubi, agam cum eo; sic qui-  
dem parvos progressus in literis facere potest, discursando  
cum sororis suo, qui tamen ita eum amat, ut non sit passus  
ut ex epy verbis colligo. Diutius eum hic honorere.  
Theus Quiring mecum adhuc est, expectat vecturam ad  
quam, si non longius, saltem Norimbergam vel Augustiam  
Quo